



30th Latin Summer School

January 2023

Class 4 ii

Tutor:

Frances Muecke

SLSS Level 4 Frances Muecke

HIGHLIGHTS OF PLAUTUS' *CURCULIO*

'Plautus appears to be parodying Plautus' (Jean Collart)

On the whole play

T. H. M. Gellar-Goad, *Plautus Curculio*, Bloomsbury 2021

Wright, John. 1981, 1993. *Plautus: Curculio*. Introduction and Notes. American Philological Association Textbook Series, no. 6. Chico, Calif.

1.

Setting the Scene

The play takes place at Epidaurus. There are three 'stage-houses' or doors, Phaedromus' house, the pimp's residence and the Temple of Aesculapius.

Palinurus: the young man's slave/confidant (NOT a tricky slave)

Phaedromus: the young man in love

It is night. Phaedromus is on his way to the pimp's house, in the hope his girl (Planesium) will be able to come out to talk to him. Such situations lead to a serenade, called 'paraclausithyron'.

W. Geoffrey Arnott, 'The Opening of Plautus' *Curculio* : Comic Business and Mime,' in L. Benz, E. Stärk and G. Vogt-Spira (ed.), *Plautus und die Tradition des Stegreifspiels: Festgabe für Eckard Lefèvre zum 60. Geburtstag* (Tübingen 1995), 185-92

L.i

Palinurvs Quo ted¹ hoc noctis dicam proficisci foras

Cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?

Phaedromvs Quo Venus Cupidoque imperat, suadet Amor:

si media nox est sive est prima vespera,

si status, conductus² cum hoste intercedit dies, 5

tamen est eundum quo imperant ingratiis.

¹ old accusative

² two participles in asyndeton: appointed and fixed. hostis: adversary in court (judicial language)

Pal. At tandem, tandem... **Phaed.** Tandem es odiosus mihi.

Pal. Istuc quidem nec bellum est nec memorabile:

tute tibi puer es, lautus luces cereum.

Phaed. Egon apicularum congestum opera³ non feram, 10
ex dulci oriundum melculo dulci meo?

Pal. Nam quo te dicam ego ire? **Phaed.** Si tu me roges,
dicam ut scias. **Pal.** Si rogitem, quid respondeas?

Phaed. Hoc Aesculapi fanum est. **Pal.** Plus iam anno scio.

Phaed. Huic proximum illud ostiumst oculissimum.⁴ 15
salve, valuistin? **Pal.** Ostium oclusissimum,
caruitne⁵ febris te heri vel nudius tertius
et heri cenavistine? **Phaed.** Deridesne me?

Pal. Quid⁶ tu ergo, insane, rogitas valeatne ostium?

Phaed. Bellissimum hercle vidi et taciturnissimum, 20
numquam ullum verbum muttit: cum aperitur tacet,
cum illa noctu clanculum ad me exit, tacet.

...

Phaed. Quin⁷ leno hic habitat. **Pal.** Nemo hinc⁸ prohibet nec vetat, 33
quin quod palam est venale, si argentum est, emas.

nemo ire quemquam publica prohibet via;
dum ne per fundum saeptum facias semitam,
dum ted abstineas nupta, vidua, virgine,
iuventute et pueris liberis, ama quid lubet.

...

³ opera: ablative

⁴ = carissimum

⁵ carere: ere 'keep far away from'

⁶ quid: why

⁷ = why, but or 'no rather'

⁸ hinc: in that case?

Phaed. Iam scies. 75
anus hic solet cubitare custos ianitrix,
nomen Leaenae est, multibiba atque merobiba.
Pal. Quasi tu lagoenam dicas, ubi vinum Chium
solet esse. **Phaed.** Quid opust verbis? vinosissima est;
eaque extemplo ubi vino has conspersi fores, 80
de odore adesse me scit, aperit ilico.
Pal. Eine hic cum vino sinus⁹ fertur? **Phaed.** Nisi nevis.
Pal. Nolo hercle, nam istunc qui fert afflictum velim;
ego nobis afferri censui. **Phaed.** Quin tu taces?
si quid super illi fuerit, id nobis sat est. 85
Pal. Quisnam istic fluviust, quem non recipiat mare?
Phaed. Sequere hac, Palinure, me ad fores, fi mi obsequens.
Pal. Ita faciam. **Phaed.** Agite bibite, festivae fores;
potate, fite mihi volentes propitiae.
Pal. Voltisne olivas [aut] pulpamentum [aut] capparim? 90
Phaed. Exsuscitate vostram huc custodem mihi.
Pal. Profundis vinum: quae te res agitant? **Phaed.** Sine.
viden ut aperiuntur aedes festivissumae?
num muttit cardo? est lepidus. **Pal.** Quin das savium?
Phaed. Tace, occultemus lumen et vocem. **Pal.** Licet. 95

2.

96-127 the Canticum, a sung piece

See the chapter on the cantica in Eduard Fraenkel, *Plautine Elements in Plautus*, Oxford, 2007.

Leaena ('lioness') the doorkeeper

⁹ sinus -i = sinum -i: bowl

Leaena Flos veteris vini meis naribus obiectust,
 eius amor cupidam me huc prolicit per tenebras.
 ubi ubi est, prope me est. euax, habeo.
 salve, anime mi, Liberi lepos.
 ut veteris vetus tui cupida sum. 100
 nam omnium unguentum¹⁰ odor prae tuo nautea est,
 tu mihi stacta, tu cinnamum, tu rosa,
 tu crocinum et casia es, tu telinum,
 nam ubi tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.
 sed quom adhuc naso odos¹¹ obsecutust¹² meo, 105
 da vicissim meo gutturi gaudium.
 nil ago tecum: ubi est ipsus? ipsum expeto
 tangere, invergere in me liquores tuos,
 sine, ductim.¹³ sed hac abiit, hac persequar.

Phaed. Sitit haec anus. **Pal.** Quantillum sitit? **Phaed.** Modica est, 110
 capit quadrantal.

Pal. Pol ut praedicas, vindemia [haec] huic anui non sat est soli.
 canem esse hanc quidem magis par fuit: sagax nasum¹⁴ habet. **Leaena** Amabo,
 cuia vox sonat procul? 112a

Phaed. Censeo hanc appellandam anum.
 adibo. redi et respice ad me, Leaena.

Leaena Imperator quis est? 115

Phaed. Vinipollens lepidus Liber,
 tibi qui screanti, siccae, semisomnae
 adfert potionem et sitim sedatum it.

Leaena Quam longe a me abest? **Phaed.** Lumen hoc vide.

¹⁰ gen. pl.

¹¹ old form of odor

¹² obeyed, gratified

¹³ in deep draughts

¹⁴ acc. neut. form

Leaena Grandiorem gradum ergo fac ad me, obsecro. 120

Ph. Salve. **Le.** Egon salva sim, quae siti sicca sum? **Ph.** At iam bibes.

Leaena Diu fit.

Phaed. Em tibi anus lepida. **Leaena** Salve, oculissime homo.

Pal. Age, effunde hoc cito in barathrum, propere

prolue cloacam. **Phaed.** Tace. Nolo huic male dici. **Pal.** Faciam igitur male
potius.

Le. Venus, de paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter. 125

nam tibi amantes propitiantes vinum potantes danunt
omnes, mihi haud saepe evenunt tales hereditates.

...

The *paraclausithyron* proper, the first in Latin literature. See e.g. Propertius 1.16, Ovid, Amores 1.6.

Frangoulidis, Stavros. 2013. "Transformations of Paraclausithyron in Plautus' Curculio," in *Generic Interfaces in Latin Literature: Encounters, Interactions and Transformations*, Th. D. Papanghelis, S. J. Harrison, and S. Frangoulidis (eds.) Berlin/Boston, 267-282

Phaed. Quid si adeam ad fores atque occentem? **Pal.** Si lubet, neque 145

veto neque iubeo,

quando ego te video immutatis moribus esse, ere, atque ingenio.

Phaed. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens,

vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro,

gerite amanti mihi morem,¹⁵ amoenissumi,

fite causa mea ludii barbari,¹⁶ 150

sussilite, obsecro, et mittite istanc foras,

quae mihi misero amanti ebibit sanguinem.

hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi

¹⁵ be compliant, do what one wants

¹⁶ foreign dances, i.e. Italian

nec mea gratia commovent se ocius.

re spicio,¹⁷ nihili meam vos gratiam facere. 155

st tace, tace. **Pal.** Taceo hercle equidem. **Phaed.** Sentio sonitum.

tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

3.

Planesium: the beloved, a *virgo*. She has come into the hands of the pimp by misfortune and will be recognised as 'respectable' and able to marry.

I.iii

Leaena Placide egredere et sonitum prohibe forium¹⁸ et crepitum cardinum,
ne quod hic agimus erus percipiat fieri, mea Planesium.

mane, suffundam aquolam. **Pal.** Viden ut anus tremula medicinam facit? 160

eapse merum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant.

Planesium Vbi tu es, qui me convadatu's¹⁹ Veneriis vadimoniis?

sisto²⁰ ego tibi me et mihi contra itidem ut sistas suadeo.

Phaed. Assum; nam si absim, haud recusem quin mihi male sit, mel meum.

Plan. Anime mi, procul amantem abesse haud consentaneumst. 165

Phaed. Palinure, Palinure. **Pal.** Eloquere, quid est quod Palinurum voces?

Phaed. Est lepida. **Pal.** Nimis lepida. **Phaed.** Sum deus. **Pal.** Immo homo

haud magni preti.

Phaed. Quid vidisti aut quid videbis magis dis aequiparabile?

Pal. Male valere te,²¹ quod mi aegrest. **Phaed.** Male mi morigeru's,²² tace.

Pal. Ipsus se excruciat qui homo quod amat videt nec potitur dum licet. 170

II.ii

¹⁷ I observe from the fact

¹⁸ gen. pl.

¹⁹ bind over to appear in court by giving surety (dept)

²⁰ I cause to appear before a court

²¹ I see that you are in a bad way.

²² You are not doing what I want

Cocvs: cooks are stock figures in Plautus, brought in to prepare festive meals, but this cook is not typical.

Katerina Philippides, 'Sickness and Cure in Plautus' *Curculio*. Revisiting the Role of the Cook', *Mnemosyne* 71 (2018) 281-297

Cappadox: the pimp

T. H. M. Gellar-Goad, 'Plautus' *Curculio* and the Case of the Pious Pimp', in Frangoulidis, S., Harrison, S., Manuwald, G. (eds.) *Roman Drama and its Contexts* (Berlin/Boston, 2016), 231-252

Dream interpretation as in epic and tragedy but also Aristophanes *Wasps* prologue

Curculio: parasite, 'Weevil'; parasites are big eaters, free dinners being their reward for services rendered.

Damon, C. 1997. *The Mask of the Parasite. A Pathology of Roman Patronage* (Ann Arbor)

Cocvs Palinure, quid stas? quin depromuntur mihi
quae opus sunt, parasito ut sit paratum prandium,
quom veniat? **Pal.** Mane sis, dum huic conicio somnium.²³

Coc. Tute²⁴ ipse, si quid somniasti, ad me refers.

Pal. Fateor. **Coc.** Abi, deprome. **Pal.** Age tu interea huic somnium 255
narra, meliorem quam ego sum suppono tibi.²⁵

nam quod scio omne ex hoc scio. **Cap.** Operam ut det. **Pal.** Dabit.

Capp. Facit hic quod pauci, ut sit magistro obsequens.

da mi igitur operam. **Coc.** Tam etsi non novi, dabo.

Capp. Hac nocte in somnis visus sum viderier ²⁶ 260

procul sedere longe a me Aesculapium,
neque eum ad me adire neque me magni pendere
visumst. **Coc.** Item alios deos facturos scilicet:²⁷
sane illi inter se congruunt concorditer.

²³ huic: Cappadox - this idea has been started just before the cook's entrance

²⁴ addressed to the pimp

²⁵ I give you as a substitute a better than I am myself.

²⁶ archaic passive inf of videre

²⁷ scilicet + infinitive (esse) understood, old construction

nihil est mirandum, melius si nil fit tibi, 265
namque incubare satius te fuerat Iovi,
qui tibi auxilio in iure iurando fuit.

Capp. Siquidem incubare velint qui periuraverint,
locus non praeberi potis est in Capitolio.

Coc. Hoc animum advorte: pacem ab Aesculapio 270
petas, ne forte tibi eveniat magnum malum,
quod in quiete tibi portentumst. **Capp.** Bene facis.
ibo atque orabo. **Coc.** Quae res male vortat tibi.

Palinurus Pro di immortales, quem conspicio? quis illic est?
estne hic parasitus qui missus in Cariam? 275
heus Phaedrome, exi, exi, exi, inquam, ocius.

Phaedromus Quid istic clamorem tollis? **Pal.** Parasitum tuum
video currentem illum²⁸ usque in platea ultima.
hinc auscultemus quid agat. **Phaed.** Sane censeo.

II.iii

servus currens entrance (Moore suggests through the audience)

The parasite has been sent to Caria to borrow money from Phaedromus' friend. But, as he explains in an omitted portion, he has had experiences that allow him to take on the role of the clever helper of the young man in love.

Circulio

Date viam mihi, noti [atque] ignoti, dum ego hic officium meum 280
facio: fugite omnes, abite et de via decedite,
ne quem in cursu capite aut cubito aut pectore offendam aut genu.
ita nunc subito, propere et celere obiectumst mihi negotium,
nec quisquamst tam opulentus, qui mi obsistat in via,
nec strategus nec tyrannus quisquam, nec agoranomus, 285

²⁸ =ecce illum: look, there he is

nec demarchus nec comarchus, nec cum tanta gloria,
 quin cadat, quin capite²⁹ sistat in via de semita.
 tum isti Graeci palliati, capite operto qui ambulant,
 qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis,
 constant, conferunt sermones inter se drapetae, 290
 obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis,
 quos semper videas bibentes esse in thermipolio,
 ubi quid³⁰ subripiere: operto capitulo calidum bibunt,
 tristes atque ebrioli incedunt: eos ego si offendero,
 ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium. 295
 tum isti qui ludunt datatim³¹ servi scurrarum³² in via,
 et datores et factores³³ omnis subdam sub solum.³⁴
 proin se domi contineant * , vitent infortunio.

4.

III.i

Lycō: banker. The banker has orders to buy the girl from the pimp and give her to the soldier's agent. Curculio pretends to be this agent. In disguise he acts 'the soldier'.

Lycō is alone on stage. Curculio comes out of Phaedromus' house with a slave (having had his big meal), pretending to be drunk (?)

Thomas E. Jenkins, 'At Play with Writing: Letters and Readers in Plautus,' *TAPA* 135 (2005) 359-92

Cvrcvlio quis hic est qui operto capite Aesculapium
 salutat? attat, quem quaerebam. sequere me. 390
 simulabo quasi non noverim. heus tu, te volo.

Lyc. Vnocule, salve. **Cvrc.** Quaeso, deridesne me?

²⁹ headlong

³⁰ = aliquid

³¹ technical term of ball playing: giving to each other

³² in Plautus = men about town

³³ players in the game

³⁴ solum: sole of foot

Lyc. De Coclitum³⁵ prosapia te esse arbitror,
 nam ei sunt unoculi. **Cvrc.** Catapulta hoc ictum est mihi
 apud Sicyonem. **Lyc.** Nam quid id refert mea, 395
 an aula quassa cum cinere effossus siet?
Cvrc. Superstitiosus³⁶ hic quidem est, vera praedicat;
 nam illaec catapultae ad me crebro commeant.
 adulescens, ob rem publicam hoc - intus - mihi
 quod insigne habeo, quaeso ne me incomities.³⁷ 400
Lyc. Licetne inforare, si incomitari non licet?³⁸
Cvrc. Non inforabis me quidem, nec mihi placet
 tuom profecto nec forum nec comitium.
 sed hunc, quem quaero, commonstrare si potes,
 inibis a me solidam et grandem gratiam. 405
 Lyconem quaero tarpezitam. **Lyc.** Dic mihi,
 quid eum nunc quaeris? aut cuiati's?³⁹ **Cvrc.** Eloquar.
 ab Therapontigono Platagidoro milite.
Lyc. Novi edepol nomen, nam mihi istoc nomine,
 dum scribo, explevi totas ceras quattuor. 410
 sed quid Lyconem quaeris? **Cvrc.** Mandatumst mihi,
 ut has tabellas ad eum ferrem. **Lyc.** Quis tu homo es?
Cvrc. Libertus illius, quem omnes Summanum⁴⁰ vocant.
Lyc. Summane, salve. qui Summanu's? fac sciam.
Cvrc. Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius, 415
 summano, ob eam rem me omnes Summanum vocant.
Lyc. Alibi te meliust quaerere hospitium tibi:
 apud me profecto nihil est Summano loci.
 sed istum quem quaeris ego sum. **Cvrc.** Quaeso, tune is es,
 Lyco trapezita? **Lyc.** Ego sum. **Cvrc.** Multam me tibi 420
 salutem iussit Therapontigonus dicere,

³⁵ Latin cocles is related to Greek Cyclops; prosapia old rare word 'line'

³⁶ prophetic, clairvoyant

³⁷ difficult: as for the fact that I got this wound for my country; incomitari insult in public

³⁸ puns on forum and comitium

³⁹ cuiatis (nom.) es: whose are you, where do you come from?

⁴⁰ Summanus: Old Jupiter=type god, of nocturnal storms

et has tabellas dare me iussit. **Lyc.** Mihin? **Cvrc.** Ita.

cape, signum nosce. nostin? **Lyc.** Quidni noverim?

clupeatus elephantum ubi machaera dissicit.

Cvrc. Quod istic scriptum est, id te orare iusserat 425

profecto ut faceres, suam si velles gratiam.

Lyc. Concede, inspiciam quid sit scriptum. **Cvrc.** Maxime,
tuo arbitrato,⁴¹ dum auferam abs te id quod peto.

Lyc. 'Miles Lyconi in Epidauro hospiti
suo Therapontigonus Platagidorus plurimam 430

salutem dicit.' **Cvrc.** Meus hic est, hamum vorat.

Lyc. 'Tecum oro et quaeso, qui has tabellas adferet
tibi, ut ei detur quam istic emi virginem,⁴²
quod te praesente isti egi teque interprete,
et aurum et vestem. iam scis ut convenerit: 435

argentum des lenoni, is huic det virginem.'

ubi ipse? cur non venit? **Cvrc.** Ego dicam tibi:

quia nudiusquartus venimus in Cariam
ex India; ibi nunc statuam volt dare auream
solidam faciendam ex auro Philippo, quae siet 440
septempedalis, factis monumentum suis.

Lyc. Quam ob rem istuc? **Cvrc.** Dicam. quia enim Persas, Paphlagonas,
Sinopes, Arabes, Cares, Cretanos, Syros,

Rhodiam atque Lyciam, Perediam et Perbibesiam,
Centaumachiam et Classiam Vnomammiam, 445

~ Libyamque oram omnem Conterebromniam,
dimidiam partem nationum usque omnium
subegit solus intra viginti dies.

Lyc. Vah. **Cvrc.** Quid mirare? **Lyc.** Quia enim in cavea si forent
conclusi, itidem ut pulli gallinacei, 450
ita non potuere uno anno circumirier.
credo hercle te esse ab illo, ita nugas blatis.⁴³

⁴¹ as you like

⁴² virginem = virgo antecedent of quam

⁴³ babble

Cvrc. Immo etiam porro, si vis, dicam. **Lyc.** Nil moror.⁴⁴
sequere hac, te absolvam qua advenisti gratia.
atque eccum video. leno, salve. **Cappadox** Di te ament. 455
Lyc. Quid hoc quod ad te venio? **Capp.** Dicas quid velis.
Lyc. Argentum accipias, cum illo mittas virginem.
Capp. Quid quod iuratus sum?⁴⁵ **Lyc.** Quid id refert tua,
dum argentum accipias? **Capp.** Qui monet, quasi adiuvat.⁴⁶ 459-460
sequimini. **Cvrc.** Leno, cave in te sit mora mihi. 461

5.

IV.i

Choragvs: ('stage manager') 'great extradramatic speech'

Mathias Hanses, 'Men among Monuments: Roman Topography and Roman Memory'
<https://www.journals.uchicago.edu/doi/10.1086/710569>

T. J. Moore, 'Palliata Togata Plautus, Curculio,' *American Journal of Philology* 1991 462-86

Choragvs Edepol nugatorem lepidum lepide hunc nactust Phaedromus.
halapantam an sycophantam magis esse dicam nescio.
ornamenta quae locavi⁴⁷ metuo ut possim recipere;
quamquam cum istoc mihi negoti nihil est — ipsi Phaedromo 465
credidi — tamen asservabo.⁴⁸ sed dum hic egreditur foras,
commonstrabo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco,
ne nimio opere sumat operam si quem conventum velit,
vel vitiosum vel sine vitio, vel probum vel improbum.
qui periurum convenire volt hominem ito in comitium; 470
qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum,
ditis damnosos maritos sub basilica quaerito.
ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent,

⁴⁴ I don't care, don't bother

⁴⁵ he probably means: I swore only to give her to the soldier in person

⁴⁶ a sort of proverb. The person who gives advice is almost one who helps

⁴⁷ the costume I hired out

⁴⁸ keep an eye on him

symbolarum collatores⁴⁹ apud forum piscarium.
 in foro infimo boni homines atque dites ambulant, 475
 in medio propter canalem, ibi ostentatores meri;
 confidentes garrulique et malevoli supera lacum,
 qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam
 et qui ipsi sat habent quod in se possit vere dicier.
 sub veteribus,⁵⁰ ibi sunt qui dant quique accipiunt faenore. 480
 pone aedem Castoris, ibi sunt subito quibus credas male.
 in Tusco vico, ibi sunt homines qui ipsi sese venditant,
 [in Velabro vel pistorem vel lanium vel haruspicem]
 vel qui ipsi vorsant vel qui aliis ubi vorsentur praebeant.⁵¹
 [ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.] 485
 sed interim fores crepuere: linguae moderandum est mihi.⁵²

IV.iii

Therapontigonvs: (begotten by a companion in arms) the soldier who loses his girl but gets her back in another way. He turns up unexpectedly, like the fathers who are overseas in other plays, just after Cappadox has handed the girl over to Curculio.

Therapontigonvs Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,
 sed eapse illa qua excidionem facere condidici oppidis.
 nunc nisi tu mihi propere properas dare iam triginta minas, 535
 quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere.

Lycō Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio,
 sed eopse illo quo mactare soleo quoi⁵³ nil debeo.

Ther. Ne te mi facias ferocem aut supplicare⁵⁴ censeas.

Lyc. Nec tu me quidem umquam subiges, redditum⁵⁵ ut reddam tibi, 540

⁴⁹ contributors to a shared meal

⁵⁰ sub Veteribus Tabernis: old shops

⁵¹ 'either those who come and go or who offer to others places where they can be busy'??

⁵² Where does he go? Does he leave stage? join the audience?

⁵³ = cui

⁵⁴ me supplicare

⁵⁵ what's been paid

nec daturus sum. **Ther.** Idem ego istuc quom credebam credidi,
te nihil esse redditurum. **Lyc.** Quor nunc a me igitur petis?

Ther. Scire volo quoi reddidisti. **Lyc.** Lusco liberto tuo,
is Summanum se vocari dixit, ei reddidi.

[qui has tabellas obsignatas attulit. **Ther.** Quas tu mihi tabellas?] 545

quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias?
nec mihi quidem libertus ullust. **Lyc.** Facis sapientius
quam pars lenonum, libertos qui habent et eos deserunt.

Ther. Quid feci? **Lyc.** Quod mandasti feci, tui honoris gratia,
tuom qui signum⁵⁶ ad me attulisset, nuntium ne spernerem. 550

Ther. Stultior stulto fuisti, qui tabellis crederes.

Lyc. Quis⁵⁷ res publica et privata geritur, nonne eis crederem?
ego abeo, tibi res solutast recte. bellator, vale.

Ther. Quid, valeam? **Lyc.** Aut tu aegrota aetatem⁵⁸, si lubet, per me quidem.

Ther. Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse regibus 555
ut mi oboedirent, si hic me hodie umbraticus⁵⁹ deriserit?

V.i

Cvrevlio Antiquom poetam audivi scripsisse in tragoedia,
mulieres duas peiores esse quam unam. res itast.

verum mulierem peiorem quam haec amica est Phaedromi
non vidi aut audivi, neque pol dici nec fingi potest

peior quam haec est: quae ubi me habere hunc conspicatast anulum,⁶⁰ 595

rogat unde habeam. 'quid id tu quaeris?' 'quia mi quaesitost opus.'

nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.

vix foras me abripui atque effugi. apage istanc caniculam.

⁵⁶ signed letter

⁵⁷ dative plural

⁵⁸ = per totam aetatem

⁵⁹ disparagingly for an indoor worker

⁶⁰ The recognition token. Curculio had stolen it from the soldier when he was carousing with him in Caria, and learning all he need to know to cheat Lyco etc.

